



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VII. An pœnitentia, & quænam alia tempore generalis interdicti sint concessa, vel non; & an damnaris ad mortem pœnitentia sit concedenda?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quid) & in non solemnem, quæ publicè quidem, & in facie Ecclesiæ injungitur, & perfici juberetur, sine certis tamen solemnitatibus; de hac publica pœnitentia loquitur *cap. manifesta 1. h. 1.* ubi dicitur, *manifesta peccata non esse occultâ tantum correctione purganda* &c. quia tamen Confessionis sigillum per tales publicas pœnitentias pateretur læpius; ideo nulla, vel certè rara, & non sine matura deliberatione publicarum pœnitentiarum praxis est, sicut & pœnarum, quæ §. 2. & 3. h. 1. referuntur, & apud Auth. Metho. videri possunt.

## §. VI.

*De precepto sacramentaliter confitendi saltem semel in anno, & sacramentum Eucharistiæ recipiendi in paschate?*

**H**uius §. materia quamvis de ea in *cap. omnis 12. h. 1.* etiam agatur, rectius tamen ex Theologia morali petitur; uti & quæ explicantur in §. 5. ex *cap. quòd quidem 5. h. 1.* an Confessio illius, qui dicit se non posse abstinere à peccato, sit admittenda: & quæ queruntur §. 6. de confessione mulieris, quæ partum alienum sibi supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit, ex *cap. Officij 9. h. 1.*

## §. VII.

*An pœnitentia, & quenam alia tempore generalis interdicti sint concessa, vel non; & an damnatis ad mortem pœnitentia sit concedenda?*

**D**epriore quaestione, cujus etiam in hoc Tit. in *cap. quædam 11.* habetur, infra dicitur, cum specie de interdicto moribundæ quaestiones.

Alterâ quaestio affirmativè desinit in *Clemen. cum secundum 1. h. 1.* scilicet damnatis ad mortem Sacramento Pœnitentiæ (& Eucharistiæ) concedendum sit, si id petant, non obstante consuetudine in contrarium quam Concilium tanquam ab usum innovavit, cum his vel maxime referatis sint hæc Sacramenta, ad parvam & hanc moriendum.

## §. VIII.

*De Quæstoribus eleemosynarum.*

**V**ide de his, quæ rariè sunt cum ex eo 14. h. 1. & *cap. de reformatione.*

## §. IX.

*Quinam habeant facultatem eligendi sibi confessorium.*

**E**piscopis & omnibus superioribus etiam non exemptis, nec non inferioribus seu inferioribus Prælatibus exemptis, ut etiam sine superiorum auctoritate providum, ac dilectorum confessorium sibi possint eligere, conceditur *cap. ultimo h. 1.* ne scilicet, ut Pontifex ait, propter dilationem pœnitentiæ